



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

XXV. Apud S. Quintinum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

VII.

Vt nullus de domo sua ad aliam transiens , aut in itinere pergens , rapinam facere presumat.

VIII.

Vt unusquisque Presbyter in breviet in

sua parochia omnes malefactores , videlicet raptore , rapaces , adulteros , incestos , homicidas , latrones ; & eos extra Ecclesiam faciat , nisi penitentiam agere voluerint . Si se emendare noluerint , ad Episcopi presentiam perducantur .

T I T V L V S X X V.

Apud S. Quintinum.

ADNVNTIATIO KAROLI ET NEPOTIS SVI
Hlotharij apud S. Quintinum Kal. Mart. anno DCCCLVII.
incarnationis dominice.

ADNVNTIATIO KAROLI.

C A P . I.

VOLVMVS vos scire quod fuit insimul noster conventus . Postquam Deus nostrum seniorem vocavit de isto seculo , semper inveni tale consilium in meo dilectio fratre Hludouico sicut mihi necesse fuit & ego in illo quæsivi & illum ostendere decui , & illius adhortatione & interventione devenit , Deo gratias , talis unanimitas inter me & bonæ memoria fratrem meum Hlotharium sicut inter fratres esse debebat . Et propter tales causas , quæ sicut inter nos conjacuerant , invenimus cum communib[us] fidelibus nostris quia necesse erat ut inter nos firmatas facta fuisset secundum Dei voluntatem , de nostro communi profectu & adjutorio , & de filiorum ac regn[is] & fidelium nostrorum salvamento , sicut tunc adcognitavimus nostris communib[us] fidelibus qui adfuerunt . Et ille in sua vita contra nos conservavit , & Deo gratias nos contra illum conservavimus , & contra illius filios nepotes nostros , adjuvante Deo , quantum scimus & possumus , & illi ad nos quæsierint , conservare volumus .

I I.

Post obitum vero illius , ex parte pro mea , sicut auditis , infirmitate , ex parte pro paganorum superventione , & pro aliis occasionibus quæ in regno nostro acciderunt , usque modò non fuit opportunitas locus ut ego & iste meus carissimus nepos insimul parabolare potuissimus , & invicem nobis præsentes nostras voluntates

Tom. II.

demonstraremus , quas in corde unusquisque contra alterum retinebamus .

III.

Evenit autem locus congruus , quia iste meus carissimus nepos cum dilectissimo fratre meo Hludouico parabolavit , & tale receptum & consilium in eo invenit sicut & isti necesse fuit & illum demonstrare decuit . quod mihi satis complacuit . Et nunc , quando tecum parabolavit , dixit mihi quod in illa firmitate quam ego cum patre suo bonæ memorie fratre meo feci , & illum suscepisti , in ipsa susceptione vellet perseverare , & illam firmitatem quam tuus pater meus frater contra me fecerat , vellet , adjuvante Domino , per omnia observare .

I V.

Et invenimus cum communib[us] fidelibus nostris ut pro talibus necessitatibus , sicut scitis & videtis in illo regno evenire , nos invicem confirmaremus , sicut & fecimus , ut ad honorem sanctæ Dei Ecclesiæ & communem profectum ac fidelium nostrorum salvamentum , & regnum nostrum contra quoscunque nobis necesse fuerit continentem , invicem nos salvemus & adjuvemus , sicut avunculus nepotem & nepos avunculum per rectum salvare & adjuvare debet .

V.

Et nostri fideles , qui præsentes fuerunt , & hoc consilium nobis dederunt , dixerunt nobis quod parati sunt nos , auxiliante Domino , in omnibus adjuvare ut istam firmitatem possimus adinvicem observare . Et propterea volumus à vobis vestrum confitendum & voluntatem audire , si & hoc

G

99 ANNO CHRISTI 818 Capitularia KAROLI CALVI 100

vobis bene videtur, & nobis inde auxilium vultis praestare, ut hoc possimus cum Dei adjutorio & vestro observare.

ADVNVTIATI O HLOTHARII.

Sicut meus avunculus vobis dicit, quantum Deus mihi scire & posse donaverit, & in illa firmitate cum senioro meo facta in qua me suscepit, & quam senior meus contra illum fecit, volo perseverare, & illam quam contra eum feci cum Dei adjutorio volo firmiter observare.

ITE M ADVNVTIATI O KAROLI REGIS.

Volumus vos scire quia propter istas rapias & deprædationes quae in regno nostro increverunt, ex parte quia pagani nobis supervenerunt, ex parte pro talibus occasionibus quae in regno nostro acciderunt, synodus Episcoporum & aliquantos de nostris fidelibus pro opportunitate temporis convocavimus, & consideravimus cum ipsis ut per omne regnum nostrum Episcopi & Missi nostri ac Comites in singulis parochiis ac comitatibus placita teneant, & ad illa placita omnis homo qui placitum custodire debet, & in illis comitatibus commonet, sine exceptione & excusatione convenientia. Et Episcopi omnibus demonstrent quām grave hoc peccatum sit, & qualem penitentiam querit, & qualem damnationem, nisi penitentia succurrerit, adquirat. Et Missi nostri capitula legis & antecellorum nostrorum de hoc omnibus ostendant, & tantam miserationem interdicant. Et sciant omnes quia quisunque abinde talia facere præsumperit, & canonicam & regalem vindictam

suscipiet, sicut tunc omnibus & Episcopi & Missi nostri pleniū adnuntiabunt.

ITE M

ADVNVTIATI O HLOTHARII.

1. Sciatis etiam quia consideravimus ut quicunque malefactor de uno regno nostro in alterum venerit, Episcopus vel Missus sive Comes de quorum ministerio effugerit ut iustitiam non reddat aut dignam vindictam non sustineat, illis Missis in quorum missatrici in alio regno fugerit notum faciant, & ipsi illum taliter constringant ut aut ad compositionem aut ad vindictam illuc reveniat ubi malum perpetrativit.

2. Et sciatis quia sicut Deus per suam misericordiam, & per mei avunculi bonitatem, & per mei senioris ac meorum fidelium adjutorium, meo seniori in regno successi, ita & in omni bonitate & in observatione de illis capitulis quos meus senior cum suis fratribus meis avunculis ad Marsiam de Dei voluntate & sancte Ecclesie honore & regni stabilitate & sancte Ecclesie ac regni fidelium salvamento consideravit & confirmavit, cum Deiadjutorio & mei avunculi consilio & auxilio & vestro adjutorio permanere volo.

TERTIA ADVNVTIATI O KAROLI.

Deus omnipotens nobis donet ut vestram fidelitatem & vestrum adjutorium, que semper contra nos cum omni barnatu demonstratis, vobis si merere possimus sicut antecessores nostri vestris antecessoribus in bono meruerunt, & nos vobis cum omni bonitate volumus commerere.

TITVLVS XXVI.

Sacra menta apud Carisiacum.

ACTA SVNT HEC SEQVENTIA APVD
Carisiacum palatum anno incarnationis dominice DCCCLVIII, regni autem Domini Karoli XVIII. Indictione VI. XII. Kal. Aprilis in Dei nomine feliciter.

SACRAMENTVM FIDELIVM.

Fragmenta
epistoliar.
Hincmarii
c. i. pag.
849.

Q Vantum sciero & potuero, Dominino adjuvante, absque ulla dolositate aut seductione, & consilio & auxilio

secundum meum ministerium & secundum meam personam fidelis vobis adjutor ero ut illam potestatem, quam in regio nomine & regno vobis Deus concessit, ad ipsius voluntatem & ad vestram ac fide-